



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Tractatus De Regimine Ecclesiae Episcopalis In Octo Libros Distributus

Antonelli, Giovanni Carlo

Velitris, 1650

§. III. An possit alienari res solita concedi, si est incorporata mensae
ecclesiae.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11401

lebit quoad masculos tantum *Genuens. in Prax. Archiep. cap. 60. nu. 6. ubi testatur de communi, ita etiam si res ecclesie solita erat concedi in tertiam generationem, & concedatur ultra tres, valebit concessio vsque ad tertiã, licet quoad reliquas sit nulla Rot. in Vlixbonã, 2. Iunij 1567. coram Sarmiento, quam refert Ricc. in Prax. for. eccles. par. 1. ref. 115. & in collect. dec. 3054. par. 7. ubi etiam citat Castrẽs. in Auth. qui rem in fin. & ibi Dec. n. 2. Gagnol. n. 60. C. de sacros. eccles. & alios, & est communis opinio.*

§. II.

An Prelatus possit sine solemnitate infeudare, vel in emphiteusim concedere res solitas concedi, quando cessat prima causa concessionis.

R Esp. negatiuè, & ideò quando res inculta data esset in emphiteusim, vt reduceretur ad culturam, si postea redacta ad culturam rediret ad ecclesiam, non poterit de nouo concedi absque assensu sedis apostolicæ, quia tunc fieri non posset cum euidentia ecclesie utilitate *Piasec. in Prax. Ep. par. 2. cap. 5. numer. 32. Benintend. decis. 13. num. 8. Ricc. in Collect. dec. 2330. par. 6. & in Prax. par. 1. ref. 4. & alij apud Barbos. de offic. & pot. Episc. par. 3. all. 95. num. 33. idem dicendum, quando ecclesia tempore primæ concessionis erat diues, nunc verò paupertate laboraret *Genuens. in Prax. Archiep. c. 60.**

num. 6. ubi de commun. secus esset si prima causa concessionis adhuc duraret Ricc. in Prax. par. 1. d. ref. 4. & in Collect. dec. 3054. par. 7.

§. III.

An possit alienari res solita concedi, si est incorporata mensa ecclesie.

R Esp. negatiuè, & ideò si Prelatus expressè describi faciat rem reuersam inter bonamensam, aut si collegerit fructus ipsius, prout solet facere de alijs rebus incorporatis, non poterit huiusmodi rem iterum in emphiteusim concedere, quia hic casus non reperitur à iure permissus *Clar. in §. feudum vers. nunc pro intelligentia Guid. Pap. dec. 154. nu. 3. Ricc. in collect. dec. 2342. p. 6. & decis. 3054. par. 7. Barbos. d. all. 95. nu. 29. & alij communiter.*

17 Addit *Genuens. in Prax. ut sup. cap. 60. n. 6. quod nec potest de nouo concedi res data ecclesie cum conditione, & pacto, quod alienari non possit, hoc enim casu ecclesia huiusmodi rem neque ex causa necessitatis distrahere potest, si habeat alia bona *glos. in cap. verum de cõdit. app. Afflic. dec. 17. n. 5. vers. octauo.**

S V M M A R I V M.

1 *Quæ dicantur bona, qua seruandò seruari non possunt, & num. 2.*
3 *Beneficiatus potest arbores infructiferas absque solemnitate alienare.*